



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatio Synoptica De Iudiciis Ad Lib: II. Decretal: Gregorii IX.

Herberstein, Ferdinand von
Tabarelli de Fatis, Donato Vincenzo

Spirens., 1660

30. Qui jurisdictionem conferant? an jurisdictio Ecclesiastica à secularibus
praescribi possint?

urn:nbn:de:hbz:466:1-11416

fit executio, an cognoscere de causa potest? Non displicet distinctio tractata à Barth: ut si causa jam antea cognita sit, nō possit executor cognoscere: sin minus, & cognitio, & executio mandata videatur, *L. si Prætor. 75. ff. de jud: L. si ut proponis. 6. L. execut. C. de execut. rei judic. Menoch: lib. 1. q. 38.*

30. Dabatur jurisdictio stante republica à solo populo. Translato in Principem imperio, hodie jurisdictionem confert. 1. Canon seu lex. 2. Sum. Pontifex & Princeps sæcularis *can: à Iudicibus. 2. q. 6.* 3. Populus habēs supremam potestatem, *DD. communiter.* 4. consuetudo. *cap. cum contingat. de foro comp.* 5. Privilegium. *cap. novit. de judic: in fin.* Denique præscriptio per Canonistas communiter *in cap: 1. contingat. cap: 13. de foro com.* Legistas. *in L. Imperium ff. de jurisd: om. jud.* Et verò non tantum simplex jurisdictio præscriptione acquiri potest: Sed etiam quæ meri & mixti imperii sunt. *cap. quod translationem. 4. de off. leg: tametsi Principi specialiter reservata sint: dummodo talia, ut aliis quoque concedi quandoq; soleant. Bald: cit. L. imperium,* verumtamen præter tempus legitimum

timum & bonam fidem ordinariè etiam
 requiritur scientia, & patientia eius, ad-
 versus quem præscribitur: *Barth: in L. 1. ff.*
 Nam id commune est rerum incorpora-
 lium, seu iurium possessionibus, usuca-
 pionibus: ut opus sit scientia & patien-
 tia Domini. *Innoc: in cap. bona. de Postul. Prae-*
lat: cum alioqui usurpata censeatur esse
possessio. Bald: cit. L. 2. n. 20. præterquam
si possessio immemorialis sit. Laym: lib. 3. tit.
1. cap. 9. n. 5. & 6. quia hæc præfert præsum-
ptionem tituli, seu concessionis si capaci-
tas sit in possidente. Si v. g. possessiones
beneficii vacantis in ordine ad usucapi-
dam nemo acquirit: nisi sciat vel patiatur
is, qui conferre potest, aut investire: ve-
si tempus immemoriale præterierit, quo
præsumptionem faciat expressæ vel tac-
tæ collationis factæ. Laym: sup.

31. Nota est regula, quod incapax posses-
 sionis est etiam incapax præscriptionis. Quia
 qui jurisdictionem Ecclesiasticam fori et del-
 terni usucapit, non tantùm Clericus esse
 debet, sed etiam in officio aliquo, seu publico
 lico munere constitutus: *Ioan: And: in ca. Cap-*
cum contingit. n. 19. quando quidem nem-